

vum, qui Zeuxi mendaciter diceret, omnes eius imagines igne repente suborto accendi; detulit nuncium servus, et confestim illo audito, exclamavit Zeuxis: *Servate mihi Adonidem, servate mihi Adonidem*: quibus verbis demonstravit, Adonidis imaginem maxime omnium ab illo aestimari, cum eam saltem voluisset in eo incendio incolumem manere, etiamsi aliae igne absumerentur: sic etiam Deus optimus maxime solam hanc Virginis imaginem, licet alias omnes incendio generalis peccati originalis concremari permiserit, liberam, et incolumem esse voluit; quasi dicens: *Servate mihi Mariam, sicut Zeuxis, servate mihi Adonidem*: nec id sane mirum videri debet: nam si, teste eodem Plutarcho, noluit Caesar Augustus Alexandriam aequari solo, eo quod ab Alexandro aedificata fuerat, quomodo Deus Virginem, quam fundavit ipse, iuxta illud (Ps. 86), *Et ipse fundavit eam Altissimus*, a daemone oppugnari, ac destri pareretur? Quod, si etiam ipse Alexander Magnus, ut asserit idem Plutarcho, templum Dianae Ephesinae inter septem orbis miracula numeratum evertere noluit, quia erat templum dicatum Deae paritatis, cum tamen cetera templa evertesse; qui fieri poterat, ut templum Virginis, quae Dea, si fas est poëtic more loqui, puritatis est, ac sanctitatis, everteretur pro peccatum originale, aut in templo Dei sacrificium aliquod daemoni offerretur? posset enim, si Virginis templum aliquo peccato fuisset pollutum, gloriam quidem ipse in Virgine sibi oblatum fuisse sacrificium. Memoria dignum est illud quod refertur (1. Machabae. c. 4) fecisse Iudam: *Cogitavit, ait sacer textus, de altari holocaustorum, quod prophetaum erat, quid de eo faceret, et incidit illis consilium bonum, ut destruerent illud, ne forte illis esset in opprobrium, quia contaminaverunt illud gentes, et demoliti sunt illud*. Si ergo opprobrium erat Iudae offerri holocausta Deo in altari a gentibus polluto; quanto magis esset Domino, si altare Virginis ipsi consecratur a daemone aliquando peccati originalis macula pollutum fuisset? Quod etiam alio eiusdem sacrae Scripturae simili exemplo sic declaro: nam si Deus ex auro idoli (Deut. 7), quod fecerunt Israelitae, noluit fieri vasa ad templi honorem, ac splendorem, vel ad templi ministeria necessaria, non quia aurum idoli optimum non esset, sed quia erat aurum idoli; quanto minus ex Virgine, si daemones pro peccatum fuisset idolum, voluisset Deus vas pretiosissimum fieri, ubi manna divinitatis reconderetur? et, si indecens est, ut ex linteo, quod in coquina ad abiectionem deservit munia, sacra fierent corporalia ad Missae sacrificium in illis offerendum; indecens etiam esset, ex Virgine, si daemones deservisset, corporalia sacra fieri, ubi Christus sacerdos summus offerret oblationem Patri. Quare cum ipse possit eam mundam elegere, nulla ratione immundam elegisse credendum; potuisse autem quis negat? habebat enim Christus maiorem potentiam ad defendendam Virginem, quam daemones ad illam offendendam: quemadmodum enim, si adamas inter duos magnetes poneretur, qui maiorem haberet virtutem, et proximior esset, adamantem ad se tra-

heret, sic in Virgine contingit, quae in conceptione sua fuit velut adamas inter duos magnetes positus, Christum, scilicet, et daemones; a Christo tamen, quia et magnetis maioris virtutis, et quia erat Virgini proximior, iuxta illud (Matth. 1), *De qua natus est Jesus*, vehementius attracta fuit: maiorem ergo vim habuit gratia Christi ad Virginem ad se alliciendam. Verum quia humana ruditas in eo semper haeret: qui fieri possit, ut, cum h. Virgo ex progenitoribus peccati labe infectis descendat, nullam ex eis infectionem participari? His, quae sequuntur, exemplis edoceri, et manduci potest. Observant non semel naucae, flumina quaedam tam veloci, ac rapido impetu mare ipsum ingredi, ut amaritudinem maris nullam contrahant dulces aquas secum ferant: ad eundem modum divina virtute factum est, ut pertransiens h. Virgo per salum illud mare suorum progenitorum amaritudine peccati infectorum, nihil huiusmodi amaritudinis contraxerit. Tradit etiam philosophus in Methoeis (Arist. 2. met.), si vas ex cera virgine in confectionem, et undique clausum in profundum maris immittatur, aqua repleti dulcissima, longaque a se marinae aquae amaritudinem, aut salsedinem propulsare: non dissimiliter vas virginem Mariae, undique diabolo clausum, in mare huius saeculi per naturalem propagationem immisissum, omnem peccati amaritudinem longe a se repellens, dulci solum divinae gratiae aqua repletum fuit; ut postea angelus ei dixit (Luc. 1): *Ace gratia plena*. Item sicut, non paucis rerum naturalium hystoriographis id attestantibus, salamandra in medio ignis posita non comburitur; ita Virgo sanctissima inter parentes peccati originalis igne adustus posita, nec minima illius scintilla offenditur; et sicut herba, quam Graeci vocant *adynamum*, ut iidem naturales docent, quamvis in medio puteorum nascatur, ac truncus, et radices inter aquas sint, rami tamen illius nuntiique aquas contingunt, puteorum aqua quantumcumque magis, ac magis crescent: ita quamvis progenitorum h. Virginis truncus, et radices, und ipsa oritur, peccati originalis aquis fuerint submersi, illam velut *adynamum* rami nuntiique aquas contingunt, aquae nunquam tegerunt: quod, si ad rerum artificialium structuram mentis aciem convertamus, reperiemus, quod licet aurifices, pulvere, fumo, imo et carbonis nigredine foedati sint, ex deturpatis tamen eorum manibus, ac turpibus et impolitis instrumentis vas aureum, aut argenteum miro artificio elaboratur, ac purissimum prodit, ut doct. Ambrosius notavit (super 1. Matth.); non secus, licet h. Virginis progenitores, qui fuerunt velut aurifices, qui aureum hoc vas h. Virginis elaborarunt, peccati originalis nigredine deformati fuissent, ipsa tamen e manibus eorum prodiens, nec minimam illius nigredinis labem secum tulit: cum enim esset vas, in quo coeleste manna divini Verbi incarnati collocandum erat, oportebat certe nullo antea turpi, ac mortifero liquore fuisse coinquatum. Ac tandem eidem difficultati apte responderi potest per verba illa Davidica (Ps. 28): *Vox Domini intercedentes flammam ignis*:

sicut enim Deus novit, et potuit flammam ab igne dividere, et calorem a luce, et e contra lucem a calore separare (Dan. 3): in camino namque illo babilonico ignis illuminabat pueros, sed non calefaciebat: ecce divisionem lucis a calore: in inferno autem dividit calorem ignis a luce, cum ignis ibi comburat, sed non luceat: sic sane omnipotentia sua novit Deus dividere naturam humanam Virginis per naturalem propagationem ab Adam tractam ab infectione, et macula peccati originalis, divina Spiritus sancti gratia illam praeveniens. Cui sit honor, et gloria in saecula saeculorum. Am.

HOMILIA XI.

In honorem immaculatae conceptionis Deiparae Mariae erudite explicantur verba illa Canticorum: Quae est ista quae progreditur quasi aurora consurgens; pulchra, ut luna, electa, ut sol, terribilis, ut castrorum acies ordinata.

Consevere astrologi felicem sortem alienius ex puncto conceptionis, seu natalitatis augurari, volentes eam ex benevolo aspectu astrorum venari, unde Svetonius in vita Caesaris scribit, illum in stemmata, et insignia sua accepisse figuram, quam magnus astrologus Biogenes in natalivem eius ediderat, in qua animal quoddam descriperat semicaprarn, et semipiscem, significans in hoc duo haec astra, capricornum, et piscem, in eam natalivem concurrere. Depinxit etiam inter pedes huius animalis globum, et gubernaculum navis, necnon et cornucopia, globo mundum, gubernaculo sceptorum regium, cornucopia divitiarum abundantiam significaret, quibus feliciter Caesari fruentum erat. Ut tamen hanc fatalem felicitatem ostenderet Caesar a principio sui natalis secum coepisse, et inevitabilem esse, ut falso ipse putabat, voluit pro stemmatibus praedictam figuram accipere. Certe si nos tanquam catholici astrologi explorare cupimus punctum conceptionis Virginis, reperiemus favorabilem adeo ei fuisse solis aspectum, ut nulla peccati nebula eam obscurari pateretur: ingressus est enim tunc sol in signum virginis, dicente Ioanne (Apoc. 12), *Signum magnum apparuit in caelo; mulier amicta sole, et luna sub pedibus eius, et in capite eius corona stellarum duodecim*. Ecce describit Virginem a capite usque ad pedes undique perlucidam, ac fulgentem, ut significet, a principio usque ad finem gratiae fuerit excellens admiratione rapti angeli dixerunt (Cant. 6): *Quae est ista, quae progreditur, quasi aurora consurgens; pulchra, ut luna, electa, ut sol, terribilis, ut castrorum acies ordinata*? In primis comparat illam aurorae, quia sicut haec lucens incipit esse, et in luce crescit, quoad usque fulgenti soli coniungitur; sic immaculata Virgo in puncto, ut concepta fuit, coepit divinae gratiae luce clarescere, et in hac claritate in dies succrescens, tandem cum sole iustitiae Christo Domino in coelestis beatitudinis miris gloriae

decorata fulgoribus fuit coniuncta. Atque huc faciunt verba illa Davidica (Psal. 45): *Adiuvabit eam Deus mane diluculo*.

Sane quosdam sanctos adiuvi Deus ad occasum solis, ut bonum latroem; alios tardius, ut Magdalenam; et alios in meridie, ut martyres, qui in fervore persecutionum fideles inventi sunt; alios adiuvi hora tertia, ut Apostolos, qui primitias Spiritus haberunt; alios opitulatus est mane, ut Ieremiam, et Baptistae ab utero materno eos sanctificans; huiusque progressa fuerat divina gratia in sublevanda hominum miseria: tamen, ut adjuvaret Virginem, non solum mane surrexit, sed *mane diluculo* eam praeliberans, et praeservans in puncto conceptionis suae a macula culpae originalis. Observare etiam oportet circa eundem locum, quod ubi nostra Vulgata legit (*ibid.*), *Adiuvabit eam Deus mane diluculo*, alia versio habet: *Adiuvabit eam ad aurora matutinae*, hoc est, cum primum illud mirabile factum est, ut in principio aurorae conceptionis Deiparae Mariae praeter communem ordinem humanae conceptionis, divinae gratiae nova lux oriri visa sit, ut habetur Esther c. 8. Nova, inquam, secundum intentionem, quia copiosior gratia fuit illi relicta in principio suae formationis, quam reliquis sanctis in fine vitae illorum: nova etiam, quia nemini unquam contigit in media caligine conceptionis humanae divinae gratiae luce perfundi, nisi soli beatae Virgini; unde recte ei congruit illud (Ioannis 1), *Et lux in tenebris lucet, et tenebrae eam non comprehenderunt*, hoc est, in medio tenebrarum conceptionis, ubi nemo unquam vidit lucem, nova haec divinae gratiae lux emicuit; hincque factum est, ut tenebrae caliginosae noctis peccati originalis eam comprehendere non poterint. Quare, sicut in constructione mundi quod primo effecit Deus, fuit lux, dicens (Gen. 1): *Fiat lux, et facta est lux*, in eaque adeo sibi complacuit, ut dicit sacer textus (*ibid.*): *Et vidit Deus lucem, quod esset bona, et dixit lucem a tenebris*; sic Deus in constructione beatissimae Virginis, hoc est, in eius conceptione, primum quod effecit, fuit lux divinae gratiae, quam Virgini inesse tanloptere Deus sibi complacuit, et maxime per longum tempus a tenebris peccatorum venialium, a quibus nemo immunis vivit, iuxta illud Iacobi (c. 3): *In multis offendimus omnes: et illud Ioannis (c. 1): Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, et veritas in nobis non est*; tamen in beata Virgine illud mirabile fuit, ob praeservationem a peccato originali, quod sic Deus divisit lucem a tenebris, ut nec minima unquam peccati venialis obscuritate obnubilata aliquando fuerit. Unde de beata Virgine alius verificatur illud Genesios (*ibid.*): *Vidit Deus lucem, quod esset bona, et dixit lucem a tenebris*.

Addit etiam regius Vates (Psal. 45): *Deus in medio eius non commovebitur*. Nullum beneficium maius excogitari potest, quam quod Deus num-

quam ab anima recedat; sicut e contra, nullum malis excreandum malum ei accidere potest, quam quod Deus ab illa absens fiat: hinc per Prophetam ait (*Osee 9. iuxta vulg.*): *Veh eis, cum recessero ab eis.* Non id ignorabant gentiles illi Tyrii, de quibus narrat Curtius, fortissimis vinculis Dei sui Apollinis statuam imagini Herculis, qui eorum advocatus erat, obligasse, ut si quandoque contingeret Apollinem velle ab eis recedere, Herculis fortitudo eum persistere compelleret: opinebantur enim illi deos facile se conferre ad absentes, qui eos multis precibus vocitassent, ut eorum provincias protegerent. Unde Romani, ut auctor est Chartarius libro de imaginibus, maximam adhibuerant curam, ut nomen dei tutelaris, cuius patrocinio specialiter romana civitas commendata erat, omnino ignoraretur, ne incolae aliarum provinciarum possent illum evocare. Si ergo summa infelicitas est recessus Dei ab anima, felicissima sors beatæ Virginis contigit, in qua semper Deus inhabitavit, et in qua permanenter adeo pedem fixit, ut non solum non recederet ab ea per peccatum originale, aut mortale, sed neque commoveretur levi aliquo veniali, Davide dicente (*Psal. 43*): *Deus in medio eius non commovebitur.* Vel aliter eadem verba explicemus, dicentes, quod aliquando Deus ab anima discedit, aliquando non discedens, in illa movetur: discedit quidem per peccatum mortale; movetur, quasi quod ad discessum appropinquat, per peccata venialia, quæ ad mortalia disponunt. De Virgine igitur ait David (*ibid.*): *Deus in medio eius non commovebitur,* hoc est, non solum per peccatum mortale ab illa non discedet, sed neque per veniale commovebitur.

Subiungunt deinde angeli (*Cont. 6*): *Pulchra, ut luna:* quia sicut luna in primo instanti suæ creationis fulgentissimis solis radiis coepit irradiari; ita sacratissima Virgo in puncto suæ conceptionis Solis iustitiæ clarissimo lumine illam irradiante, coepit divinis fulgoribus coruscare. Unde sicut luna in sui creatione tenebras non scivit; ita et Virgo in sua conceptione peccati originalis caliginem ignoravit. Observavi non semel, quod cum pulchra aliqua imago depingitur, si forte tabula felix, ac bonæ Lunæ tempore ab arbore præcisâ non fuit, scissuras patitur; si tamen e contra præcuditur, vigente, ut aint, bona luna, solida manet semper absque rimula vel scissura. Ita certe philosophari nobis licebit in hanc modum: Beata Virgo fuit celestis quadam imago supremi pictoris arte confecta, catholicae fides non docet, nullam unquam nec levis peccati venialis scissuram subintrinse; fuit ergo præcisâ vigente bona, ac felici luna. Constat autem, quod si peccati originalis macula in sua conceptione delrupta fuisset, infelici potius, et adversa luna induente concepta extitisset. Idque sane est, quod valde angeli admirantur, ut præter conceptionem omnium conceptionem maculam ipsa luna contraxerit; et ideo aint (*ibid.*): *Quæ est ista, quæ progreditur, pulchra, ut luna.* Observavi rursus, ideoque ingenti admiratione dignum esse reor, quod tempore noctis, quanto luna clariorem, ac lucidiorem se ostentat, tanto canes altiori voce, et rumore contra

illam oclorum aciem intendentes, oblatrant: cuius rei rationem investigans, inveni Alciatum in quodam suorum Emblematum illam reddere: ait enim, canem insipientem lunam videre in illa, quasi in splendenti speculo suam propriam imaginem, ac figuram, indeque imaginatur adesse ibi alium canem sibi, et ideo oblatrat, ut frequenter conservetur canes, cum alios vident. Verba Alciati hæc sunt,

Seque videas, alium credit inesse canem.

Tamen luna intrepide nihil omnino eius oblatione præpedita, progreditur ulterius, velocem suum motum peragens: non dissimiliter accidit Virgini: clamant quidem nonnulli adversus pulchritudinem, et claritatem immaculatæ eius vitæ; peccatum etiam actuale ei oblicientes, quam pulchram ut lunam compellat divinus Sponsus, quia videntem illam similem sibi in natura, et in ratione habendi illam per naturalem propagationem, imaginantur conspiciere in ea, atque in seipsis rabidum canem peccati originalis, et actualis

Seque videas, alium credit inesse canem.

At b. Virgo nihil pendens hanc falsam calumniam, progreditur ulterius profundiores in dies huius veritatis radices in fidelium animos mittens. Sed iam ad lunarem velocitatem accedamus, quæ eandem immaculatam Virginis conceptionem non parum illustrabit. Ferunt astrologi, nemine dissentiente, lunam omnium astrorum velocissimam, ac celerrimam esse, et ideo breviori tempore, quam reliqua, cursum suum peragere. Mercurius 355 diebus, et totidem Venus illum perficiunt; sol 365 et reliqui planetæ quanto altiores, plus temporis in cursu suo consumunt; luna vero ita velox est, ut viginii octo diebus totum suum spatium percurrat. Lunæ ergo comparant Virginem, ut miram eius velocitatem, et inauditam celeritatem in progressu spiritali designet, quæ reliquos sanctos adeo excelluit, ut, cum quidam paulo post natiuitatem, ut Innocentes martyres, et infantes baptizati, alii paulo ante in utero materno sanctificati fuerunt, ut Ieremias, et Ioannes Baptistæ; ipsa tamen divina virtute adeo cursum acceleravit, ut in primo instanti suæ conceptionis divina gratia perfusa, ardentibusque divini amoris flammis inardescere coepit. Sed quid non Filius sanctus accelerasset sanctificationem Matris, qui et nomen accelerationis habebat, Isaia dicente (*c. 8*): *Voca nomen eius, Accelera, festina, præcurre;* et opera sua ita festinanter exercuit, ut cum primum conceptus, preparare fecerit Matrem (*Lucas 1*): *Abit in montana cum festinatione.* Et mox Ioannis sanctificationem acceleravit, non expectans eius ortum, sed illum potius præveniens. Et cum deinde primum natura est, in Bethleem confestim absque ulla mora pastores vocat, et reges magos accersit: hanc celeritatem prævidens David dixit (*Psal. 18*): *Erulavit, ut gignas ad currentem viam.* Si ergo Filius Dei ita festinavit, ut servis suis beneficeret, quanto amplius festinasse credendus est, ut Matri suæ in evidenti periculo in sa-

thanicam servitutem incidendi constitutæ, præstantissimo remedio optularetur? Igitur, cum in illa conceptione hoc periculum subierit, dicendum est, Filium celerrimo cursu festinasse, ut peccato originali aditum prorsus præcideret, et Sathanae tyrannicam servitutem, quæ per illud incurritur, longe a Maria propulsaret. Nec sufficit sane dicere, satis utique Christum festinasse, cum immediate post instans conceptionis, et contractionem peccati originalis, illam sanctificaret, et ab inflieto vulnere sanaret. Arbitror namque, neque ullus sanæ mentis in hoc dissentire potest, satis illum opem suam differre, qui cum posset facili negotio a præcipitio præservare, solum tamen occurrit, et auxilium præstat post casum, et lapsum, ut illatum vulnus sanet. Addo, quod ad infamiam notam incurramdam parum refert parvo, vel multo tempore ea labe, quæ illam parit, aliquem infectum fuisse: crimen enim læsæ maiestatis humanæ, vel divinæ, ut hæresis, aut proditio, brevi tempore committi potest, et tamen infamia inde pullulans in mille generationes labitur, et, ut caner, per omnes filios serpit. Ne ergo dicamus beatam Virginem ancillam unquam fuisse diaboli, et sub potestate eius iacuisse, fateri in infamiam Matris Dei cederet, opus est quod, nec per momentum peccati originalis labe maculatam exiisset; alioquin illa infamia tunc semper durasset, ut cecinit Ovidius de Ponto, *culpa perennis erit,* scilicet infamiae quæ ex ea manet, licet ipsa peccata.

Ceterum, non contenti angeli auroræ, et lunæ comparatione beatam Virginem coonestare, cum solis lucidissimo omnium planetarum illum comparant: in quo ea occurrit merito enodanda difficultas, cur angeli comparati Virginem huic solari planetæ, prius auroræ, et lunæ, quæ multo minori claritate, quam illæ, fulgent, eam comparant? Respondeo primo, solis comparationem addidisse, ut significarent in hac immaculatæ conceptionis prærogativa per auroram, et lunam præsignificatam, solam, et unicam instar solis inter omnes puras creaturas beatam Virginem extitisse. Ut enim docet d. Isidorus lib. Etymolog. sol dicitur, quia solus est, et unicus. Secundo respondeo, id consulo effecisse, ne, si tantum Virginem soli comparasset, quæ supremam habet lucem, et cuius nullum decrementum, aut augmentum esse nascitur, Deus esse crederetur: nuda, ut puram creaturam esse faterentur, comparantur illam primo auroræ, quæ minus lucida, deinde lunæ, quæ lucidior est, ac tandem soli, qui reliqua omnia claritate superat. Hæc enim mutabiles per incrementum lucis, et per verbum illud (*Cont. 6*), *Progreditur,* significata, quæ Deo minime competere potest, ipso dicente (*Malach. 3*): *Ego Deus, et non morior;* manifeste denotat beatam Virginem non Creatorem, sed creaturam esse. Tanquam certe fuit beatæ Virginis sanctitatis excellentia, tanta dignitas, atque maiestas, ut oporteret Spiritum sanctum illo dicendi artificio uti, ne mundus deciperetur, putans illam esse Deum, ut facile se deceptum iri ingenue fassus sit d. Dionysius (*In vita B. Diony. Areopag.*), nisi fides

catholica sibi obstitisset. Denique soli apte Virginem comparari ex eo non obscure liquet, quod, quia medius est inter planetas, ita et super se habet tres, et infra totidem alios, sic beata Virgo in excellentia, et puritate ita medium locum tenet inter Deum, et angelos, ut, si de Personis loquamur, super se solum habeat tres divinas Personas, quæ sunt præcipuæ planetæ, ex quorum influenza tota mundi machina pendet; infra se vero habet tres alios planetas, triplicem scilicet hierarchiam angelicam, omnes angelos in se comprehendentes. Si ergo in puritate medium locum tenet beata Virgo inter Deum, et angelos, aperte efficitur, non acquare eximiam Dei puritatem, excedere tamen angelicam, et consequenter caruisse omni labe peccati tam actualis, quam originalis, cum etiam angeli ea penitus caruerint; alias puriores fuissent illi, quod nequam ipsi concederent, qui Regine suæ in omnibus divinæ gratiæ charismatibus primas facile deferunt.

Porro sequentia verba iam exponamus, quæ non parum immaculatæ conceptionis argumentum deservit (*Cont. 6*): *Terribilis, ut castrorum acies ordinata;* vel, ut vertunt Septuaginta interpretes: *pacor, ut ordinatæ acies:* sive, ut legit Vatablus, *formidabilis, ut acies instructæ;* vel, ut transfert Pagninus, *Terribilis, ut astrum cum virillis:* vel, ut placet Gregorio Nysseno, *stupor tamquam instructa acies:* vel, ut vertit Ambrosius lib. 7. de Isaac cap. 7. *Terribilis, sicut admiratio ordinata:* vel tandem, et illi ad vim vocabuli Hebræi attendentes: *Virgilius ut rotunditas,* alludentes ad corporum rotundorum naturam, quæ in omnem partem absque sui læsione sunt apta moveri.

Merito quispiam mirari posset, cur Sponsus postquam vocaverit beatam Virginem solem, et lunam, eandem compellet, *aciem castrorum?* hæc enim, ut omnino dissimilia, inter se coniungenda minime videbantur, cum nihil cum astro lunari, et solari commune habeat castrorum acies: illa namque morantur in coelo, hæc in terra; illa sunt inanimata, hæc animata; illa infatigabilia, hæc fatigabiles; illa invincibilia, hæc vincibiles, et expugnabiles? At arbitrator multum per omnem modum prædicta epitheta inter se convenire: tum quia, scit nihil est pulchrius in nocte, quam luna, ita in bello pulchrius nihil, quam castrorum acies bene ordinata: tum quia tuto angelos aludere ad solem, et lunam, qui tempore Gedeonis cursum suum cohærentes steterant, ut milites Gedeonis hostes suos expugnare possent. Unde gloriosa illa victoria non tam fuit Gedeonis, quam solis, et lunæ, cum eorum auxilio illam tulerit. Cum ergo fideles contumax bellum gerant adversus principes tenebrarum, iuxta illud divi Pauli (*ad Ephes. 6*): *Non est nobis colluctatio adversus carnem, et sanguinem, sed adversus principes, et potestates tenebrarum harum,* sitque etiam perquam manifestum, nihil magis opponi tenebris quam lucem solis, et lunæ; recte beata Virgo, quæ ad pugnam illam eos vehementer adiuvat, soli, et lunæ merito comparatur, cum instar terribilis exercitus principum tenebrarum profligit, unde hæc eadem me-

taphora utens divus Paulus dixit (*ad Rom. 13*): *Abicitimus ergo opera tenebrarum, et induamur arma lucis*; si igitur beata Virgo in defensione fidelium est velut terribilis exercitus, quanto magis credendum est in defensione sui terribilem daemones ostentasse, cum in principio suae conceptionis illam expugnare, et in servitum suam redigere tentavit? Maxime, quod Sponsus non componit illam cum quacumque castrorum acie, sed cum bene ordinata. Ordo autem exercitus in eo praecipue attenditur, ut principium, et finis illius, quod vulgari sermone Italiae dicitur, *Antiguardia, et retroguardia*, undique clausi sint, ut hostis nulla ratione possit illum irumpere, aliquando confundit ordinem, et facile tota militum acies vincetur. Beatissima igitur Virgo fuit velut acies castrorum recte ordinata, quia nec in fine, nec in principio suae conceptionis, quae fuit velut *antiguardia*, nec in fine suae mortis, quae se habuit velut *retroguardia* aditus ullus unquam daemones patuit; et ideo nec animae eius in conceptione corruptionem peccati originalis, nec corpus in morte conversionem in pulverem substituit. Ad quae huc mirifice facit, quod de Balaam propheta sacra narrat historia (*Num. 23*). Postulavit ab eo rex Balac, ut malediceret exercitui populi Dei, falso existimans facile ab eo fore devincendum; at renuens Propheta id facere, compulit eum in locum sublimem ascendere, unde totus exercitus patebat, ut si forte videret illum quiddam mali facere, ad maledicendum ille commoveretur. Ad contra regis opinionem res accidit: nam, postquam ascendit in montem (*ibid.*); *cumque duxisset eum in locum sublimem super verticem montis Phaga*, intuens exercitum populi Dei, et observans nullum in eo erectum idolum, nec quidquam flagitii ab eo committi, non solum non ei maledixit, sed benedixit, et multis laudibus eum cumulavit dicens (*ibid.*): *Non est idolum in Iacob, nec videtur simulachrum in Israel, Dominus Deus eius cum eo est, et clangor victoriae regis in illo*: sic: novi ego non paucos, qui quibusdam apparentibus, sed reipsa infirmis rationibus convicti, idolum peccati originalis in beatissima Virgine existisse autamarunt, sed ascendentes in montem contemplationis huius sinceræ veritatis, quod b. Virgo vera Mater, et Genitrix Dei originalis peccati experti fuerit, continuo exclamarunt: *Non est idolum in Iacob, nec videtur simulachrum in Israel, Dominus Deus eius cum eo est, et clangor victoriae regis in illo*: ac si clarius dicerent, nunquam fuit idolum peccati originalis in Maria, nunquam alicuius actualis culpae simulachrum exiitit.

Tandem, ut iam finem dicendi faciam, existimo addidisse Spiritum sanctum quartam aciei terribilis comparisonem, ut si humanus intellectus adeo protervas fuisset in assentiendo huic veritati immaculatae conceptionis, ut neque comparatione aurorae, lunae, et solis, convinctur, saltem audiens angelos dicentes in die conceptionis eius (*Cant. 6*): *Terribilis est, ut castrorum acies ordinata*, persuadere sibi ab omni peccato immunem fuisse: nam si velut exercitus armatus, et diabolo terribilis, ac formi-

dabilis ingreditur mundum, manifestum est, non ingredi velut captivum daemones: hanc enim captivitatem peccatum originale inducit. Et quidem b. Virgo adeo semper daemones terribilis exiitit, ut non defuerit, qui dixerit, Christum Dominum voluisse tentari a daemone in deserto, et non in domo b. Virginis, cum qua permultos annos habitavit, quia sciebat beatissimam Matrem suam adeo terribilem esse daemones, illumque eius praesentiam adeo exhorrescere, ut minime in propria eius domo filium suum tentare auderet. Nec refert, si quis obiciat, ad hoc inficiandum, Christum Dominum diabolo terribiliorem Matre sua exiitisse: potuit enim, et maxime ad tempus, non tam innotescere illi terribilitas Filii, quam Matris: divino namque consilio multa, quae ad Christum Dominum pertinebant, occulta fuisse daemones, communi consensu frequenter docent sancti patres.

HOMILIA XII.

Sub metaphora templi, et domus Dei variis locis sacrae Scripturae, multisque animi conceptionibus illustrata, immaculata Virginis conceptio magis stabilitur.

Quomodum, sacra narrante historia (*2. Paralip. 5. et 3. Reg. 8*), postquam Salomon aedificavit templum Domini, festum instituit aedificationis illius; ita sancta Mater Ecclesiae, divino Spiritu afflata, celeberrimo hoc templo b. Virginis per manus superni artificis aedificato, solemne festum celebrat aedificationis illius, quae fuit immaculata eius conceptio. Observatio aulem aule omnia duo praecipue digna arbitror, quibus proposito argumento pergratum, ni fallor, dabimus exordium. Sacrae Exodi textus ait, Moysen non potuisse intrare tectum foederis, nec poterat, inquit (*Exod. ult.*), *Moyses ingredi lectum foederis nube operiente omnia, et maiestate Domini coruscante*. Certe Moyses incredulus voci Domini dicens (*Num. 20*), quod ex dura petra aqua suavissima educenda erat, impeditur a nebula ingredi sanctum illud foederis tectum; non secus qui dubius est, b. Virginem ex turbido parentum fonte, qui peccato infecti fuerant, velut purissimam aquam profusus, non admittitur ad celeberrimum huius templi aedificationem pro dignitate celebrandam: unde si omnes ingredi volumus, omnes pariter credamus immaculatam Virginis conceptionem: nulla sit inter nos sententiarum divisio: id enim gratum Deo fore, non obscure ipse praesignificavit; subiungit namque idem textus (*2. Paral. 5*): *Nec adhuc in illo tempore vices, et ministeriorum ordo inter eos datus erat*: quae verba explicans Glossa, et Caietanus aiunt, quod quavis David statuerat divisionem inter sacerdotes, et levitas; in hac fane aedificationis templi solemnitate non fuerunt servatae divisiones sacerdotum; sic sane in conceptione b. Virginis per aedificationem illius templi adumbrata, oportet non esse sententiarum divisiones, sed omnes unanimes, et concordēs

immaculatam illam proclamemus. Addit etiam sacer textus verba alia, quae singulari mysterio non vacant: nam loquens de nebula, et caligine operiente nebulam, molestam fuisse sacerdotum oculis illorum, quorum officium erat clangere tubis; itaque maiestate Dei ingrediente illud templum, sacerdotum oculos nebula prohibebat videre gloriam eius ibi coruscantem, non tamen impediebat ore tuba canere ad celebrandam solemnitatem illam; non secus in celebri hoc immaculatae conceptionis festo vult quidem Dominus oculos humani intellectus non curiose illud aspiciere, aut humano discursu illud scrutari; unde noluit infallibilis definitio Ecclesiae lumine illud clarere (*1*), sed quod sub opinioem nebula velut velamine lateret; cupit tamen, eique gratissimum est, ut omnes sacerdotes tubis clangant, hoc est, unanimis ore, et opere celebrent aedificationem mystici huius templi Dei, quae est immaculata Virginis conceptio: sic enim implebitur, quod ibidem dicitur: nam ubi vulgata nostra loquens de templo illo, legit: *compleverat gloria Domini domum Dei*: originale hebraicum ait, ut egregie adnotavit card. Caietanus (*in c. 5. lib. 2. Paral.*) *implevit honor Domini domum Dei intus, et extra*. Sane cum Deus divinis charismatibus sacrosanctum hoc templum beatae Virginis interius, et exterius locupletaverit, ad nos spectat divinis laudibus, et encomiis tam interius, quam exterius immaculatam eius conceptionem plaudentes celebrare. Quod, ut praesens, celeberrimi illius templi Salomonis, quod b. Virgine praesignificavit, singularem fabricam contemplantur; et quidem, ut a temporis circumstantia exordiamur, sicut templum illud aedificatum fuit a pacifico Salomone tempore pacis, cum nullum bellum imminerebat, et quando, ut dicitur (*3. Reg. 5*), *non est Sathan, neque occurus malus*; ita sacrosanctum Virginis templum aedificari coepit in eius conceptione, cum daemones occurus non adfuit, quia Dominus ligaverat illum, et os eius concluserat, ne in Virginem, quae futura eius Mater erat, peccati originalis virus evomeret. In isto ergo felicissimo tempore pacificus Salomon, Filius Dei aedificavit hoc sacratissimum b. Virginis templum, cuius adeo firma, ac solida aperuit fundamenta, ut regius Vates non dubitaverit dicere (*Ps. 86*): *Fundamenta eius in montibus sanctis*. Scio receptissimam esse multorum intelligentiam, per hos montes intelligi sanctos Dei, quorum sanctitatis verticem prima gratia, et reliqua charismata, quae velut fundamenta Virginis collata fuerunt, longo intervallo superarunt; ita ut in maiori perfectione illa acceperit, quam alii per totum vitae curriculum acquisierint: bene quidem, haud inficiari hanc intelligentiam, sed altius tendit explicatio Iacobi Episcopi Ianuensis (*super Psal. 86*), qui ingeniose, ac pie per montes illos intelligit potentiam Patris, sapien-

tiam Filii, bonitatem Spiritus sancti. Cum ergo conceptio Virginis, in qua iacta fuerunt eius fundamenta, natus super potentiam Patris, nemo sane oppugnet, possibile esse immemum fuisse a peccato: cum etiam natus super sapientiam Filii, quis non verberit dicere, defuisse menti divinae, et infinitae eius scientiae modum, quo virtute sanguinis Christi, et intuitu meritum eius b. ab originali labe Genitricem suam praeservaret? ac tandem cum conceptio huius gloriosae Virginis natus super bonitatem Spiritus sancti, reliquum est, ut omni peccati malitia carerit, atque adeo ab originali labe praeservata fuerit, ipsa dicente per Ecclesiasticum (*Eccles. 24*): *In me gratia omnis vitae, et veritatis*. Si ergo omnis, gratia praeservationis ab originali et non defuit. Si *viac*: ergo loquitur de gratia accepta in via, non de ea, quam habet in patria; si tandem *veritatis*, ergo Virginem in sua conceptione praeservatam fuisse verissimum est. Denique praedicta verba pariter etiam probant iuxta propositam peccato actuali perpetuo caruisse; sane peccata actualia ad haec tria capita revocantur: aut enim sunt ex infirmitate, vel ignorantia, aut ex malitia (*Matt. 16*). Peccatum Petri negantis Christum ex timoris infirmitate processit, quia tunc non erat firmiter fundatus super potentiam Patris: peccatum Pauli Ecclesiam Dei persequenti (*Act. 9*), ex ignorantia ortum habuit, ut ipse testatur, *Ignorans feci* (*1. Timoth. 1*): nondum enim fundatus erat in sapientia Filii: peccatum Iudae ex pura malitia fuit, ut clare indicant verba Davidis (*Psal. 108*): *Dilexit maledicentem, et tenet ei*, fundatus quippe minime erat super bonitatem Spiritus sancti; et ad beatissimam Virgo nulla unquam huius triplicis peccati macula inquinata fuit; nam qua parte fundabatur in Patre, per potentiam Patris roborabatur, nisi ex infirmitate conditionis humanae in peccatum etiam levissimum laberetur; quatenus vero super Filii infinitam sapientiam nitebatur, ab hac ne per ignorantiam a recto deflecteret, mutuebat; et vero super bonitatem Spiritus sancti, a peccato per malitiam committendo, longe semper aberat.

Porro iactis iam fundamentis, erexit supremus huius templi opifex varias columnas cum basibus suis firmissimis. Scio receptissimam esse multorum intelligentiam, per hos montes intelligi sanctos Dei, quorum sanctitatis verticem prima gratia, et reliqua charismata, quae velut fundamenta Virginis collata fuerunt, longo intervallo superarunt; ita ut in maiori perfectione illa acceperit, quam alii per totum vitae curriculum acquisierint: bene quidem, haud inficiari hanc intelligentiam, sed altius tendit explicatio Iacobi Episcopi Ianuensis (*super Psal. 86*), qui ingeniose, ac pie per montes illos intelligit potentiam Patris, sapien-

(1) Erodissimulus auctor iam firmiter sentiebat de immaculata Deiparae conceptione in primo instanti, ut cullebat has homilias legenti facile patebit. Verum quia tunc temporis nullum dogmaticam definitio a sancta Sede prodierat de hoc privilegio Mariano, idcirco auctor optime tunc loquebatur.

quae secum indissolubili unionis hypostaticae vinculo unita in aeternum perseveratura erat, non desumeret illam ex materia, quae alienius peccati fermento corrupta unquam fuisset.

Deinde inter alia memoranda quae de templo illo sacra narrat Scriptura (3. Reg. 6), illud unum mirabile refert, quod, ut habetur lib. 3. Regum, in eius aedificatione, nec malleus nec serra unquam audita fuere: quod, quae ratione sit intelligendum, non est una omnium sententia. Quidam arbitrantur, quod vel murmur, vel strepitus nullus esset in templo aedificando, si cum ingenti artificum multitudine ibi operantium confertur. Aliis placet, quod nullus profusus sonus audiretur, quia lapides ita artificum opera iam elaborati, ac dolati in templum deferantur, ut absque ullo strepitu invicem copulari possent: sed s. Theodoretus (q. 21) hanc difficultatem movens, respondet his verbis: *Ipsum quidem templum aedificavit ex lapidibus minime coevis securibus, cum dicitur voluisset providentia, ut incinerentur huiusmodi sua sponte nati lapides, adeo, ut ad eos compingendos nullo ferro opus fuerit, sed absque ulla arte aedificandi apte coniungerentur*, haec ille: sed quidquid tamen sit de hac opinionum varietate, certe in magna huius Mariani templi fabrica erigenda audeo dicere, nec malleum, nec serram fuisse auditam, non malleum peccati, caput Virginis conterentem, quae diaboli caput contrivit; nec serram ferream culpae originalis, quae illam a Deo vel per momentum separaret: sed quid dico, separata? quin etiam nec levissima venialis peccati scissura, aut nimula fervorem eius quoquo modo minuerit, ut interrupterem, quod singulare privilegium nulli etiam Apostolorum collatum, ab eius conceptione usque ad extremum vitae habitum in ea perdesere docet sacrosantum Concilium Tridentinum (6. can. 23); nec obscure in sensu mystico id indicant verba illa Davidis (Psal. 45): *Venite, et videte opera Domini, quae posuit prodigia super terram, auferens bella usque ad finem terrae*; quasi dicat: Venite, et videte magnalia Dei, non terram, quam arboribus, animalibus, et metallis, ac gemmis ornatam creavit, non vastissimum mare piscibus plenum, et aereum volucrum domicilium, non splendentem, et flammigerum ignis orbem, non denique coelos, aut angelos mira virtutum varietate distinctos; sed hoc mentis acie perspicite mirabile, quod absultu bella a terra b. Virginis et eius fines in finem vitae in pace possit. Certe si lascivientes oculos nostros a videndis, quae non decent, usque in finem vitae compesceremus, si labilem linguam, ne ad illicita prolittere inaccessibili, et nunquam interrupta cura coerceremus, ingens id prodigium, et admirandum portentum esset. Venite igitur, et videte id in Maria, quae nec immodeste unquam respexit, aut leve aliud verbum otiosum per totum vitae suae curriculum protulit, erat namque inter portiones superiores, et inferiores illius mira consensio, et inaudita pax: pax, inquam, illa, de qua Isaias (c. 66): *Ecce ego declinato super eam quasi fluxum pacis, quasi torrentem inundantem gloriam gentium*; illa procul dubio erat, semper-

que fuit gloria diaboli, ut pacem ab humano pectore delurbaret, et cruentum bellum in terram mitteret, ut enim ait Ioannes (c. 6): *Data illi erat potestas super quatuor partes terrae: interficere gladio, fame, et morte*. At Deo satanicum hoc bellum longe a Maria propulsante, regius Vates dixit: *Auferens bella usque ad finem terrae, ubi observatio dignum est, quod Galatinus, ubi nostra vulgata legit: Posuit prodigia super terram, ipse veritit (Psal. 45): Posuit benedictionem super terram, instructus, et edoctus hanc versionem ab insigni illo R. Accados, ab Hebraeis inter sanctos reputato, qui praefato modo praedicta verba transferebat. Certe Deus in principio creationis mundi, terram maledixit (Gen. 3): *Maledicta terra in opere tuo, spinas, et tribulos germinabit tibi, quae maledictio totam terram adeo infecit, ut nec minima eius portio, in nonnulli opinantur, inveniri posset, quae maledictioni non subiaceret*; quia ergo Deus e contra a principio creationis huius sacrosanctae terrae b. Virginis illam benedixerat, ut clare verba illi Ecclesiastici indicant (Eccles. 1): *Ipsa creavit illam in Spiritu sancto, ideo ad hoc prodigium respiciens David, dicebat (Psal. 45): Venite, et videte, quae posuit prodigia super terram: intueamini rem nunquam visam, et attendite rem inauditam: terram a principio suae creationis benedictam, et in hac benedictione perpetuo perseverantem, unde Richardus de s. Victore ait: *In ceteris sanctis magnificentem habetur a vitis non posse expugnari, in ista mirificam videtur, quod a vitis non potest ipsa vel in modico impugnari, unde egregie idem Richardus lib. 2. de Emanuele cap. 29. et 30. versans illa verba: Venite, et videte opera Domini, ait: Quae est ista, obsecro, terra, de qua bella omnia sine tenus auferuntur, nisi illa, de qua iam propheta alibi protestatur (Psal. 48), Veritas de terra orta est, et iustitia de caelo prospexit. De hac itaque terra omnis pugna tollitur, in hac tota pax plena reparatur.***

Denique de hoc sacrosancto templo Virginis existimo intelligi debere verba illa (Agg. 2): *Magna est gloria domus istius moesisimae, plusquam primae*; non enim tam apte verificari possunt de templo illo secundo Hierosolymitano, cum hoc fuerit minus gloriosum, quam primum, ut testatur Esdras (1. c. 3); aptius ergo intelligenda veniunt de b. Virgine, animato templo, et regia domo Dei, cuius gloriam ex triplici capite deprehendere possumus, primo ex sanctitatis splendore, iuxta illud Davidis (Psal. 92): *Domum tuam Domine decet sanctitudo, in longitudinem dierum*. In domibus regum, ac principum splendore solent lapides ex aspidie, columnae marmoreae, cubacula praestantissime ornata, contigiones aerae, pretiosissimae suppellectiles; at huius sacrosanctae domus universa stipellax est charitas, gratia, et sanctitas; unde hebraeum originale, ut refert Caetanus, legit: *Domus tuae pulchritudo, sanctitas*; quasi diceret: praecellens omnium huius domus ornamentum, esse sanctitatem, qua undique circumdabatur, ut olim praevitit Ezechiel dicens (cap. 43): *Ipsa est lex domus in summitate montis: omnes fines eius in circuitu, sanctum sancto-*

rum est. Haec verba solum huic sacrosancto Virginis templo, in quo Deus corporaliter inhabitare decreverat, possunt adaptari: illi enim Ezechielis templo non videntur apte convenire posse; nam hoc in tres partes dividebatur. Prima in atrium exterius, quod indiscriminatum Iudaei, et Gentiles, immodie, et pecora, quae mandata erant, ingrediebantur. Secunda in atrium interius, in quod soli sacerdotes introibant, ibique erat altare, panes propositionis, odoramentorum, et candelabri. Tertia pars erat sancta sanctorum, ad quod nemo, nisi summus Sacerdos semel in anno, ingrediebatur: ibi solum aderat Deus assistens aerae, unde oracula dabatur. Cum igitur Ezechiel ait, in circuitu Templi esse sancta sanctorum, apte satis arbitramur de beata Virgine intelligi, cuius verum templum sanctitas undequaque circumdat; immo Deus ipse, qui est sanctus sanctorum per solem significatus, omni ex parte vel vestimentum illam ambit, ut testatur Ioannes, cum vidit beatam Virginem indutam sole (Apoc. 12): *Mulier amicta sole*. Ad haec, si hoc sacrosanctum templum contemplerim, in eo reperiemus nihil, quod non sit sancta sanctorum; ostium oris eius sancta sanctorum erat, cum nunquam nisi sancta proferret: oculi eius sancta sanctorum erant, cum eorum intuitus non nisi modestiae, et sanctitatis indicia darent: manus eius sancta sanctorum erant, cum sacrosanctum Christi corpus millicies contrectaret: virgineum tandem eius ventrem sancta sanctorum dixerim, cum Ecclesia catholica canat: *Templum Dei factus est uterus nescientis virum*. Quod si miram inhabitantis hanc domum sanctitatem intueamur, ex hoc etiam valde innotescet, quam magna sit gloria domus istius. Multi sapientes interrogati, in quo putarent praecipue sitam esse gloriam, atque splendorem alicuius domus, in varias abierunt sententias; Coelium enim Rhodiginus (lib. 6 cap. 26) refert ex aliorum sententia, felicitatem cuiuscumque domus in eo solum consistere, quod plurimis divitiis bene partis afflueret, et earum custodes fideles essent. Philosophus Bias dixit, eam potius felicem putandam esse, cuius patronus nullis legibus adstringeretur. Thales Milesius illam affirmabat feliciterem, in qua domino eius suavissimis cibis pinguescere, variisque deliciis animum laxare licebat. Chiloquoque aliam viam ingressus, eam bene fortunatam domum autumabat, in qua eius dominus magis amaretur, quam timeretur. Pitagoras autem omnes istos assertores ab scopo longe aberrare demonstrans iudicavit, eam pulcherrimam, et felicissimam domum, in qua non solum necessaria non desiderabantur, sed tanta rerum copia suppetere, ut dominus ex eis multa posset alii liberaliter impertiri. Verum, neque iste, ut mea fert opinio, veritatis scopum attingit: nam praecipua alicuius domus felicitas in eo revera sita est, ut dominus eam inhabitans, multis virtutibus effulget: praecipuum enim ornamentum domus virtus domini est. Cum ergo beata Virgo ab aeterno electa fuerit in habitaculum Verbi divini incarnati, et in ea per novem menses sanctus sanctorum, et pereennis totius sanctitatis fons corporaliter habitaverit,

CARTHAGENA de B. M. V.—Vol. I.

inde tantum splendorem, et honorem sacra haec domus mutuavit, ut nulla alia, etiam empirae, valeat ei ullo modo comparari. Scio Ovidium in sua metamorphosi sancti domum in hunc modum elegantiter descripsisse:

Regia solis erat sublimibus alta columnis.
Clara micante auro, flammisque nitente pyropo,
Cuius ebur nitidum fastigia summa tegebat.

At domo illa, quam inhabitavit sol iustitiae, longe haec inferior exiit: excellentiora namque erant illius ornamenta, aureae quidem columnae, Spiritus sancti dona: pyropus, qui velut ardens pruna effulget, ardentissima eius charitas; candidum quod, in violata virginibus erant. Unde, cum beatissima Maria Spiritus sancti donis cumulata, et charitate ardentior, et virginea puritate coelestibus spiritibus nitidior esset, certe haec sacra domum firmiores aureae columnae, pretiosior pyropus, ac praestantior ebur, quam Ovidianum illud solis domicilium exornant. Quid plura? Quamvis magna fuerit gloria antiquissimi templi illius Salomonis; illum tamen defectum nemo negabit, quod Deo magnitudinem capere non poterat, ipse Salomone dicente (3. Reg. 8): *Si coelum, et coeli coelorum te capere non possunt, quanto magis domus haec, quam aedificavi*: at beatae Virginis vivum templum coelis ipsis capacius existit, magnitudinem Dei undique circumdedit, ut dixit Ieremias (c. 31): *Foemina circumdedit virum; et Ecclesia catholica canit: Cuius coeli capere non poterant, tuo gremio contulisti*. Ceterum silentio non praeteribo, quod si inter alia, quae domus, aut templi alicuius gloriam commendant, non infimum locum tenent, a peritissimo artifice delineata, affabrefacta, et ad finem usque producta esse, sane ex hoc capite non parum ostentabitur gloria huius domus, cum Deus ipse supremus omnium opifex eam ab aeterno sua mente praelinearit (Prov. 8): *Ab aeterno ordinata sum; et in tempore (Psal. 86): Ipsa fundavit eam Altissimus*; et a libi (Psal. 77): *Aedificavit sicut unicornium sanctificum suum; ubi non absque singulari mysterio David comparasse arbitror Christum unicornio, quia sicut animal istud gurgulium ac virtute praeditum esse noscitur, quod coram suo contingens aquam motu veneno infero contum, omnem veneficam, ac morbidam qualitatem ab ea expellit; ita quidem Christus Dominus cornu potentiae suae maculam peccati originalis, instar virus, fontem prosopiae naturae humanae inficientem, modum sanguine suo abstergit; sed longe aliter id praestitit beatae Virgini, quam reliquis, illam enim a culpae originalis veneno, ne inficeretur, praeservavit, alios vero post activam infestationem spirituali regenerationis lactare sanavit.*

Cum templi ergo huius, ac sacrosanctae domus tanta maiestas, atque gloria sit, ut ex praedictis copiose liquet, quis, quaeso, audebit, peccati originalis macula illud contaminare? Legimus olim Templi contaminationem factam fuisse per Antiochum, qui posuit idolum in templo Dei (1. Mach. 1). Antiochus interpretatur, contra curram impugnantem. Ergo negantes

nime creditur fuisse denegatum: sed Salomoni (3. Reg. 3) concessum fuit, ut dormiens corpore mente vigilaret, ut docent Nicolaus de Lyra, et Dionysius super 3. Regum, et colligitur ex praedicto loco Regum; quia ibi narratur quod Salomon in somno petiit a Domino sapientiam, postulatio autem actus est mentis, et arbitrii: multi etiam viri sancti, et praecipue Prophetiae ex speciali dono Dei divina mysteria dormientes intellexerunt, ut constat ex verbis Iob 33. dum ait: *Quando irruit sopor super homines, et dormiunt in lectulo, tunc aperit aures virorum, et erudiens eos, instruit disciplina.* Unde doctor Thomas in prima secunda quaest. 113. art. 3. ad secundum, adducens illud Numer. 12: *Si quis fuerit inter eos propheta Domini, per somnum, aut in visione loquar ad eum, ait, in tali casu conservari usum liberi arbitrii.* Ac tandem, quia in somnis contingere potest, ut quis mente vigilet, quod docuerunt Abulensis lib. 1. Paralyt. cap. 1. q. 18. Petrus Thireus de Apparatu i-maginum cap. 5. Pererius lib. 2. de observatione somniorum quaest. 4. et Pineda super Iob ad caput 33. vers. 13. adducit ad id testimonium ex Platone, et Cicero, quibus addo Hippocraticum lib. de Insomniis: quanto ergo verisimilium est id supernaturali Dei virtute Virginis accidisse, ut non solum vigilans, sed et dormiens a contemplatione nunquam cessaret? Immo d. Gregorius Nyssenus super c. 4. Cant. ubi beata Virgo cinnamomo comparatur, ait, hac speciali virtute praeditam esse hanc arborem, ut si dormiens ori imponatur, nulla re impeditur dormientem, quod minus interrogantibus respondeat. Sed iam veniamus ad ignem ante tabernaculum non deficientem. Aderat in hoc sacro beatae Virginis tabernaculo ardentissimus et nunquam deficiens charitatis ignis non solum in habitu, ut loquuntur theologi, sed in actu, utpote quae flammigeris amoris acibus etiam dormiens absque ulla intermissione aestuaret, ut praecitati doctores unanimi consensu docent: quemadmodum enim antiquitus, prout testantur d. Augustinus (lib. 21. de Civit. Dei), et d. Isidorus (l. 16. Ethim.), in templo Veneris erat candelabrum continens mirabilem illum lapidem nomine Abestos, qui in modum prunae ardens inextinguibile lumen, et calorem continebat; sic in sacrosancto Virginis templo ab instanti sui conceptionis ardente, atque inextinguibile amoris ignem constituit, in cuius figura Deus praecipit, ne ignis nunquam deficiat de altari suo (Levit. 6). Quod si de Seraphinorum charitate loquens d. Dionysius de coelesti Hierarchia cap. 7. vocat illam acutam, incessabilem, calidam semper, immobilem, ac semper fervidam, haud difficulti mihi persuadeo amorem Marianum nunquam intermissum, qui plusquam seraphicus erat, et ferventior fuisse illo, adeo, ut coelestium spirituum amor in comparatione amoris illius frigus, et glacies esset: quod mihi videntur significasse duo illi cherubini (Ezod. 25. 37), qui iuxta Mosaycam arcam, Mariam adumbrantem, faciunt, et pedes suos contegebant, quia pudebunt verecundabantur amorem suum ardore Virginis tepidiorem. Unde eleganter d. Hieronymus sermone de Assumptione Virginis, dixit: *Totam incanduerat cum divinus amor, ut nihil esset in ea, quod mundanus violaret affectus, sed ardor continuus, ebrietas perfusi amoris, et d. Anselmus lib. de excellentia beatae Virginis cap. 4. altitudinem huius amoris contemplans, dixit: Superat omnes omnium rerum creaturarum amores, et dulcedines, magnitudo amoris Virginis in Filium suum, et dulcedinis immensitas, qua exultabat, et liquebat anima eius in Dominum Deum suum: sed melius omnibus Sponsus ardentibus lampadibus Virginis amorem comparavit (Cant. 8): Lampades eius, lampades ignis, atque flammurarum.* Originale hebraicum legit, *flamma Dei*, id est, maxima: cui appellare, ut Psal. 35. *Montes Dei*; id est, maximi: Symmachus vertit, *Impetus eius, Impetus ignei*, quia sicut ignis subiectus turribus, ac fortissimis hostium arcibus, solo eas aequal; ita charitatis ignis, quod beatissima Virgo ab instanti suae conceptionis exarsit, daemones deterruit, ac omnes peccati originalis insidias longe a se propulsavit.

Porro, quia si singula quaeque illius templi, ac tabernaculi Salomonis stylo prosequi tentassem, in infinitum abiret oratio; disiectionem illius solum attingam. Fuisse typicum illud Tabernaculum in tres partes divisum, sacra referunt eloquia: prima atrium vocabatur, quae pars erat externa (3. Reg. 6): secunda Sancta: tertia Sancta sanctorum nominabatur (ad Heb. 9). Totidem quidem partibus constare hoc sacrosanctum Virginis templum, haud difficile erit ostendere. Prima erat externa corporis species, quae atrio respondebat. Secunda illa, in qua appetitus sensitivus sedem habebat, quae per locum, qui Sancta dicitur, praefigurabatur. Tertia erat pars superior, ubi ratio, et lex divina dominabatur, quae inferiori semper in officio continebat. In prima ergo parte mira effulgebant interioris sanctitatis indicia; de qua David (Psal. 44): *Omnis gloria eius filiae Regis ab intus; lux tamen, quae intus latebat, foris quidem radiabat, ut eleganter descripsit d. Ambrosius (orat. 1. de Nativit.)* his verbis: *Nihil torum in oculis Virginis, nihil in verbis procaz, nihil in actu inverecundum; non gestus fractior, non incessus solutor, non vox petulantior, in qua corporis species simulachrum fuerit mentis, figura probitatis.* His consonant, quae d. Damascenus tam pie, quam eruditè dixit: *Quoniam modo honestissimum tuum o Virgo incessum exprimit? quoniam modo amictum? quoniam modo oris tui venustatem? sentiem in iugentis corpore prudentiam? honestus vestitus molliorem omnem, ac lucum fugiens; gressus honestus, ac sedatus; mores severi, atque hilaritate temperati; sermo iucundus ex leni animo progrediens.* Haec clarissimi hi duo Patres; ex quibus haud obscure colligitur, quale fuerit huius tabernaculi atrium, et vestibulum; ut enim dixit d. Ambrosius lib. 1. offic. cap. 14. *Bona domo in ipso vestibulo debet agnosci, lux intus posita foris luceat.* Secunda Mosayci tabernaculi pars, quae sancta dicebatur, secundam quoque Virginis partem recte adumbrabat, portionem scilicet inferiorem, seu concupiscibilem, nam li-

cet concupiscentiam, quae in nobis regnat, d. Paulus (ad Romanos c. 7.) vocaverit peccatum, quia stimulat ad illud, in Virgine tamen, quae omni peccati fomite caruit, minime peccati, sed sanctitatis nomenclaturam meretur. Tria quidem fuerunt valde pretiosa in secunda illa parte tabernaculi mosayci: candelabrum, mensa, et altare thymamatis; quibus opponuntur tria, quae in nostro appetitu reperiantur; caliginosae tenebrae, esuries importuna, pestiferi halitus. Adversus tenebras candelabrum; adversus esuriam mensa; adversus pestiferum halitum altare thymamatis suavissimum odorem exhalans: at in appetitu Virginis minime haec tria mala nostra, sed tria pretiosa per tria illa adumbrata bona reperiantur; erat enim in ea eorum rationis, fulgentissimumque fidei candelabrum; et quidem cum esset *Mulier amicta sole, tenebrae enim comprehendere non poterant; quae enim societas lucis ad tenebras* (2. Cor. 6)? Appetitus deinde Virginis terrena haec nunquam esurivi: unde Bernardus lib. 7. de Beneficiis cap. 26. *Accipe quemadmodum in mente hominum cupiditates hient semper, et possant? Virginis appetitus non esuribat, nihil praeter Deum posebat, nihil exspectabat terrenum: Dei mensa, Dei dulcissimis epulis satiabatur; quid ni satiata Virgo viveat, quae propositum semper ante oculos habebat Panem propositionis, qui e coelo descendit? Tandem quamvis humanus noster appetitus pestiferos emittat cogitationum halitus, Averno lacu similes, de quo Maro lib. 6.*

Spelunca alta fuit, vastoque immanis hiatus Scrupula, tuta lacu nigro, nemorumque tenebris. Quam super haud ullae poterat impune volantes Tendere iter pennis; talis sese halitus atris Fancibus eructans spera ad convexa ferebat; Unde locum Graei dixerunt nomine Avernum,

Virginis tamen affectus altare fuit coelestis thymatis suavissimum semper odorem emittens; ut satis clare indicavit Sponsus, componens illam cum virgula fumi ex aromatibus myrrhae, et thuris, et universi pulveris pigmentarii (Cant. 3). Aptia quidem comparatio Virginis, et virgulae fumi in eius conceptione: nam quemadmodum illa pastillo igni admoto, relecta, et semper odorifera ascendit, et nec minime ignis scintillam secum fert; non secus beatissima Virgo, quamvis ex progenitoribus igne peccati originalis austis, processerit, nullam tamen illius scintillam secum tulit, sed instar virgulae fumi aromatici nunquam non relecta, ut non odorifera extitit. Tertiam deinde tabernaculi partem, sanctam sanctorum, diximus esse, per quam egregie adumbrari autumo superioriorem portionem animae Virginis, quae cum prius mente, quam ventre conceperit sanctum sanctorum, ac totius sanctitatis fontem, potiori iure, quam locus ille veteris tabernaculi, sancta sanctorum nominari meretur. In eo tamen elucet mira proportio huius spiritualis tabernaculi ad illud corporale, et inanimatum, quod sicut in inferiori parte illius duo erant cherubini, in quibus Deus sedere dicebatur, ut loquitur David (Ps. 98): *Qui sedes super cherubim, eratque ibi arca testamenti foris, atque intus auro contexta; non dissimiliter in superiori*

Virginis parte duo cherubini erant, intellectus, scilicet et voluntas, qui velocissimis alis praediti in Deum incessanter intendebant, et sicut cherubini versos semper habebant vultus in propitiarium; ita intellectus, et voluntas Deiparae Deum ipsum propitiatis fontem incessanter amore respiciebant, ut ab eius cognitione, et amore, ipsa etiam dormiente, nec per momentum se averterent, ut supra laet ostendimus.

Tandem id, quod de tertio tabernaculo dicere a principio pollicitus sum, omnia de mira Virginis sanctitate dicta egregie confirmat.

Hoc ergo tertium tabernaculum fuit illud, quod vidit Ezechiel (c. 43), de quo sacra Scriptura ait: *Omnis fines eius in circuitu, sanctum sanctorum est:* Chaldaica paraphrasis: *omnis terminus eius per circuitum, sanctum sanctorum est:* Valabius vertit: *et circumposita quoque versus sacra, sancta sunt.* Si ergo Deus illa sollicitus fuit, ut ea, quae circumferunt tabernaculum, sancta essent, nonne illa, quae circulo sui utri circummedit Deum, Ieremia (c. 31) dicente, *Foenina circumdabit virum, oportebat, ut sancta semper, et immaculata fuisset?* Si enim Deus inanimati tabernaculi puritatis tam sollicitam curam gessit, quanto illa sollicitorem credendum est gessisse erga custodiam animati tabernaculi Matris suae? Concludo igitur, quod cum sanctum idem sit, quod mundum, atque purum, sed absque terra; certe cum beata Virgo sancta sanctorum fuerit, non solum peccati malitia, sed et fomitis turpitudine ad peccatum instigantis omnino caruerit: etenim, cum experientia compertum sit, quod quantumvis pecus herbam depascat, iterum illa virescit, et ramusculus mittit, quia radix intacta mansit; certe si in beata Virgine mansisset radix peccati, quae est fomes ad illud instigans, nequam totam suam vitam absque peccato venialiter traducere potuisset, ut vere traduxisset sanctum Concilium Tridentinum (sess. 6. Can. 23) docet, quia manente radice semper herba repullulat, germinat, et iterum, atque iterum virescit; unde eleganter d. Bernardus (in serm. de Nativit. Virg.) excellentiam sanctificationis huius sacri tabernaculi b. Virginis contemplans, dixit: *Ego pulo, quod copiosior gratia sanctificationis in ea descenderit, quam in aliis in utero sanctificatis, quae totam vitam eius immune ab omni peccato effecerit; quod nemini in natis mulierum credimus esse donatum.* Haec ille: et d. Ioannes Damascenus (orat. 1. de Nativit. Matr.), postquam Virginem appellat Dei tabernaculum, ac templum animatum, subdit: *Cedant Moyses, et Salomonis tabernaculum vivo, et ratione praedito: sed et nos insuper addimus: cedant huic tabernaculo praestantissima Romanoarum aedificia, cedant antiquorum mausolaei; cedant regales principum aulae; cedant superba palatia mosayco, aut corynthio opere affaberrata; cedant tandem huic stupendo tabernaculo coelestium orbium, et universae mundialis machinae celeberrima structura; quia, si ad illius adificationem supervimus opifex digitos addidimus, iuxta illud David (Psal. 8): *Opera digitorum tuorum, quae tu fundasti* in huius constructionem brachii tui omnipotentiam exhibuit, Virgine ipsa dicente (Luc. 1): *Fecit mihi magna, qui potens est: et: fe-**